

verum esse in dubio æqualitatem inter liberos esse servandam, & sic iura prædicta disponunt, quando non est expressa voluntas testantis in contrarium, quæ observanda est ad vnguem in dispositione bonorum etiam inter liberos, si modo legitimam cuique assignavit, ut probatur ex l. parentibus 8. C. de inofficioso testamento cum alijs re-

24 Ultimum non obstat, nam cum parentibus permiffum sit filios meliorare, si ex eo discordiæ oriatur inter ipsos, sibi met imputari debent, non parentum dispositionibus, qui secundum leges, & illarum permissione testarunt, legitimam portionem cuique ex liberis relinquentes. Meliorationem autem non contradicit Divus Ambrosius, nec circa illam verbuloquitur; etenim optimo iure, & ratione introducta melioratio, ut possint

existimavit oportere, relinqueret eum sine remuneratione. l. de emancipatis. C. de legitim. hered. ibi: Hoc a suis genitoribus meruerunt, l. femina, ibi: Contemplatione meritorum, C. de secund. nupt. l. 1. §. toties, ff. de collat. bonor. ibi: Si iudicium patris meruit. Et late exornat Ioannes Decheri lib. 2. disertat. 6. ex num. 1. Ioannes Garcia in tractatu de donatione remuneratoria num. 42. Fontanella de patris nuptialibus, clausul. 4. gloss. 7. part. 2. ex num. 2. ubi num. 12. ex Seneca probat posse filios maiora in parentes conferre beneficia, quam ab ipsis receperint. Unde tam in foro fori, quam in foro poli potest pater aliquid plus vni filio relinquere, quam alijs. Bonacina de contractib. disput. 3. quest. ultim. punct. 3. n. 12. Diana cum alijs, part. 1. tract. 8. resolut. 83. Ex quo etiam diruitur ratio pro secunda opinione.

27 Prædicta tamen conclusio hoc capite exornata ampliatur primo, ut procedat etiam si liberi non sint in potestate parentum; veluti si faciat pater testamentum inter emancipatos, adhuc sustinetur, & valet testamentum, pro inæqualibus partibus

bus dict. l. fin. C. familiae erciscundæ. Antonius Gomez in l. 3. Taurin. 54. Marta de success. legal. part. 4. quest. 7. artic. 1. n. 13. Nigreiros de confectioe testamenti lib. 3. cap. 4. nu. 7.

28 Ampliatur secundo etiam si testamentum sit inter liberos vltioris gradus, Iulius Clarus §. testamentum quest. 12. Pistor lib. 1. quest. 1. nu. 16. Thadeus Pifo lib. 1. var. cap. 7. 32 num. 23. Natta conf. 438. tom. 2. Boerius decis. 241. siue ex filio, siue ex filia descendant, Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 21. nu. 82. Grassus, §. testamentum quest. 15. num. 5. Molina de iustitia, & iure, tract. 2. disput. 128. num. 3.

29 Ampliatur tertio inter liberos exclusos per statutum à successione ab intestato, Cephalus conf. 99. in fine, Ludovicus Iuntus in responso pro vxore num. 958. Clarus dict. q. 12. num. 4. Menchaca, §. 21. n. 53. Simon de Prætis de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 4. interpr. 3. dub. 2. num. 20. Menochius de adipiscend. remed. 4. num. 321. & 326. Et inter filias quæ renunciarunt 33 successioni Grassus d. quest. 15. num. 3.

31 Ampliatur quarto inter legitimatos, Ruinus cōf. 192.



nu. 1. vol. 2. Petrus Gregorius Syntagmatum part. 3. lib. 42. cap. 5. nu. 9. Fachineus lib. 4. controvers. cap. 3. Gaillius lib. 2. observat. 112. nu. 21. & 22. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 2. num. 24. Thadeus Pifo lib. 1. cap. 7. num. 25. Clarus dict. quest. 12. Menchaca, §. 21. num. 56. Barbosa in dict. l. fin. C. familiae erciscundæ n. 14.

Denique ampliatur, ut idem procedat inter naturales in eo, quod caperet possunt à patre vel à matre. Guilielmus Benedictus in cap. Rainutius verbo testamentum, 1. num. 83. de testamentis, Tiracuellus in l. si vnquam verbo suscepit liberos num. 60. C. de revocand. donationib. Barbosa in d. l. fin. num. 16. Nigreir. ubi supra num. 8. Anton. Gomez in l. 3. Tauri num. 54. Antonius Thefaurus decis. 94. Molina disp. 128. num. 4. Ioannes Baptista Lupus de illegitimis comment. 1. §. num. 33. Solorzano de iure indiarum tom. 2. lib. 2. c. 17. num. 11. Paschalis de viribus patriæ potestatis, 2. part. cap. 8. num. 45.

Quod satis controversum est, nam communiter distinguunt Doctores inter patrem, & matrem, & dicunt testamentum patris imperfectum

non valere, matris verò sic, Marquardus de cœlibatu 3. part. cap. 5. num. 5. Et hanc opinionem limitant, vt procedat tantum in patre, qui habet filios legitimos, nam illis nò habitis inter liberos naturales testari posse defendunt, vt Boerius decis. 240. num. 12. vbi restringit in spurijis, licet careat pater legitimis; quod secus est in matre, nisi sit illustris, vel filius natus sit ex damnato coitu. Et de his omnibus late agunt vltra relatos Castrensis in d. §. ex imperfecto nu. 6. Salicetus in d. l. final. C. Famil. ercis. Speculator in tit. de instrument. edit. §. compendiosè vers. Quid si pater naturalis Romanus cons. 179. nu. 6. Decius cons. 610. num. 2. & 3. Petrus Surdus decis. 95. & de alimentis, tit. 1. quæst. 15. num. 6. vbi quod testamentum imperfectum ratione solemnitatis factum à matre in favorem filij naturalis valet, Gilchenius in d. §. ex imperfe-

cto nu. 28. vbi Sichardus nu. 4. Curtius Iunior nu. 16. Gailius lib. 2. observat. 112. num. 14. & 18. Capriol. de success. abintestat. lib. 1. num. 86. Fachineus lib. 4. cap. 3. Grassus, §. testamentum quæst. 15. Pistor lib. 1. quæst. 1. num. 19. Pifo lib. 1. cap. 7. num. 34. Reusner de testam. part. 4. cap. 6. num. 6. Marta de success. legal. part. 4. quæst. 7. art. 1. Iulius Clarus d. quæst. 12. vbi eius Addicionator bene exornat, & interpretatur, l. ultim. C. de confirmat. tit. 1. parentes 6. ff. de in ius vocando. l. ex facto 17. §. si quis rogatus, ff. ad Trebelian. Covarrubias in 4. decret. §. 4. cap. 8. num. 13. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 21. num. 53. & 55. & controversiarum illustrium lib. 3. cap. 102. num. 18. vers. Quod procedit. Telus Fernandez in l. 3. Tauri 1. part. num. 18. Padilla in l. cum acutissimi, C. de fideicommissis num. 31. Azavedus in l. 8. tit. 8. lib. 5. Recop. num. 14.



CAPUT IX.

QUANDO DICATUR TESTAMENTUM imperfectum ratione voluntatis, & an presumatur perfectum vel imperfectum, & quid si testator dum condit testamentum reservat aliquid expressurum in aliud tempus, & postea non exprimit, & quando de testamento facta est scriptura, ex quibus clausulis, & coniecturis perfectum dignosci possit, & ex quibus imperfectum.

SUMMARIUM.

Testamentum imperfectum esse ratione voluntatis quando dicitur. 1. *L. si quis cum testamentum, ff. de testamentis ponderatur. 2.* Testamentum presumitur perfectum ratione voluntatis. 3. & 5. Non presumitur quis ore plus exprimere, quam mente agitaverit. 4. Baldi verba in l. quæstionem, C. de fideicommissis cum emendatione Menochij referuntur. 6. Reservatio testatoris in aliud

tempus certum vel incertum non arguit imperfectionem voluntatis. 7. 12. & 14. Institutio valet non adiecta conditione, quam alia scriptura testator exprimere promissit. 8. Aretinus ad l. si testamentum, C. de institut. & substit. ponderatur. 9. Bartolus in l. quoties 9. §. tantundem, ff. de heredib. instituend. notatur. 10. Argumentum valet à contrarij sensu. 11. Voluntas perfecta est, & testamentum ratione voluntatis